

Johann Joachim Schoepffer

Programma Quo Suo, Atque Inclyti Iuridici Ordinis Nomine Ad Dissertationem Inauguralem ... Dn. Cornelii Verdunck Hamburgensis De Necessitate Consensus Paterni, In Nuptiis Liberorum. Pro Consequendis Summis, In Utroque Iure, Honoribus Et Privilegiis Die 28. April. Deo Annuente ... Invitat Johannes Joachimus Schöpffer ... : [PP. d. 10. April A. M.DC.XCIIIX. Sub Sigillo Facult. iuridicae.]

Rostochi[i]: Weplingius, [1698]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747419701>


Druck Freier  Zugang





N. N. - 2 (38.)





6. 89/

34

26

PROGRAMMA

QVO
SUO, ATQVE INCLYTI JURIDICI ORDINIS NOMINE

AD
DISSERTATIONEM IN AUGURALEM

VIRI
PRÆNOBILIS atq; DOCTISSIMI

DN. CORNELII VERDUNCK

HAMBURGENSIS

DE

NECESSITATE CONSENSUS PATERNI, IN NUPTIIS LIBERORUM.

PRO CONSEQUENDIS SUMMIS, IN UTROQUE JURE,

HONORIBUS ET PRIVILEGIIS,

6. Decembris
DIE 28. APRIL. DEO ANNUENTE, HABENDAM

MAGNIFICUM DN. RECTOREM, NOBILISSIMUM ATq;

AMPLISSIMUM UTRIUSQUE REIPUL. SENATUM, CAETERO Sq; O

MNES, OMNIUM ORDINUM, CIVES ACADEMICOS ET LITERA-

TOS, EORUMq; FAUTORES OBSERVANTER,

OFFICIOSEq; INVITAT

JOHANNES JOACHIMUS Schöpffer

J. U. D. ET COD. PROF. DUCAL. COMES PALAT. CÆSAR.

CONSISTOR. DUCAL. ASSESSOR, ET HODIE FACULT.

JURID. DECANUS.



Rostoehl Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

de præstantia juris Romane.

B



Enerandas Roma-

nas Leges, divinitus, per ora
piorum Principum promulgatas esse,
Pontifex Maximus Johannes VIII.
Can. 17. Cau. 16. qu. 3. testatur. Di-
gnum nostris legibus elogium! quis-
quis etiam Johannes ille VIII. fuerit.
Vid. Excell. DN. D. Becmann. *Syn-
tagm. dign. illustr. Diss. 16. Cap. 4.
S. 2.* Collectum enim Jus Roma-
num, revisum, emendatum ac pro-

mulgatum est, à tali Imperatore, qui totus eo extendit curam,
ut jus antea confusum, in luculentam erigeret consonantiam, ut
ars esset boni & equit. 1. pr. ff. d. 7. & 7. Nec spes Justinianum fefellit,
tanta enim jus Romanum fulget æquitate, ut ad quos populos ar-
ma Romana pertingere nunquam potuerunt, eo leges Romana,
sine vi ulla, solâ justitiæ suæ gloriâ triumphantes, pervenerint. To-
ta enim fere Europa, jus Romanum veneratur, atque ut commu-
ne jus adoptavit. Germania præcipuè, ad finem vergente seculo
XV. & initio seculi XVI. hoc Jus ut commune recepit Vid. Illu-
strem Dn. Strykius in *usui moderno ff. præmisso erudito discursu
prelimin. S. 24. seq.* Ex quo tempore, ad nostram usque ætatem,
hujus juris Romani constans ac immota perstitit autoritas, ut pal-
mam in hoc, & priori seculo, Juri Saxonico præripuerit, Mar-
chia enim Brandenburgensis, Ducatus Megapolitani, Brunsvicenses,
ac Pomeraniæ repudium juri Saxonico miserunt, recepto jure civi-
li Romano, Imo in ipsa Saxonia quicquid expresse mutatum non
est, id relinquitur sub dispositione juris communis, hoc est, Romani
Excellent. Dn. Mauriti in *Præfat. erudit. Consil. præfixa, add. Conf.
Chilon. 7. n. 10. Carpz. Dec. 288. n. 20. ibiq. alleg.* Nam in Imperio
Romano, simili modo, quo olim, per jus, per *Excellentiam*, intelli-
gitur Romanum. Quo collimat Ordin. Judic. Aul. Tit. 7. quan-
do præcipit: *Daß das Corpus juris Civilis & Canonici allezeit
auff der Reichs-Hoffrabs-Tafel seyn solle, damit man sich derselben
gebrauch en*

gebrauchen können. Cum ergo ex sententia Augustissimorum Imperii Imperatorum, Electorum, Principum ac Statuum, jus Romanum pro lege, norma ac regula servandum sit, sua sponte sequitur, omnes imperii subditos præcise obligatos esse ad observantiam legum Romanarum, nisi lege posteriori vel consuetudine fuerint abrogata, juxta illud Demosthenis in l. 2. ff. d. Leg. ibi: *Lex est, cui omnes obtemperare convenit, tam ob alia multa, cum vel maxime eo, quod omnis lex inventum ac munus Dei est.* Autoritate namque nutuque legum docemur, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere, ut loquitur Tullius *Lib. 1. d. Orator.* Leges enim sacratissimæ audiunt, quia constringunt hominum vitas, iisque præscribunt, quid sequendum, quidve fugiendum sit l. *Leges 9. C. d. Leg.* Quæ sententia sacris ex assè conformis, ad *Rom. 13.* Verum quid si subditus, sprete legum autoritate, actum, contra legum prohibitionem celebret, an ipso jure hic actus nullus est? decisum hoc dubium ab Imperat. Theodos. & Valent. in l. *Non dubium 5. C. d. LL. ibi: ut ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur. Licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit, inutile esse debere, quod factum est.* Quæ verba eum adeo sint clara atque perspicua, nullum ne minimum quidem dubium relinquere posse videntur, nisi his perspicuitatis ac certitudinis palmam dubiam redderet Ictorum tolenne axioma: *Multa prohibentur fieri, quæ facta tolerantur.* Seumulta ab initio facilius impediuntur, quam si facta fuerint rescinduntur *Carpe. L. 2. def. 99. n. 11.* vel ut verbis utar Innocentii, 3. cap. *Quemadmodum 25. X. d. jure jur. in fin.* Interdum contractum non dirimit, quod impedit contrahendum. Exemplo sint donationes inter conjuges, has enim Majores nostri inter virum & uxorem prohibuerunt, ne concordia pretio conciliari videretur, neve melior in paupertatem incideret, deterior verò ditior fieret, ut loquitur Imperator Antoninus l. *Hæc Oratio 3. pr. ff. d. donat. inter vir. & uxor.* Et adeo quidem donationes hæ inter conjuges prohibentur, ut ne qui sem pactum valeat, si in dotalibus instrumentis alter alteri promiserit, donationes, constante matrimonio

mōnio factas, non esse revocandas *l. Illud convenire §. S. 1. ff. d. pact. dotal.* adjecta ratione: quia hoc pacto jus civile impugnatur. Hac tamen gravissima prohibitionē non obstante, si conjux conjugii quid donaverit, toleratur, & morte donantis confirmatur *l. Donationes 25. C. & l. 32. §. 2. seq. ff. d. donat. inter vir & uxor.* Varia hujus axiomatis occurrunt exempla, in tutore in testamento non recte dato, sic curator testamento à patre non recte datur *l. 1. §. 3. ff. d. confirm. tutor.* si vero datus sit, à Magistratu confirmandus est *d. l. 6. ff. eod.* Et Mulier liberis non recte testamenti tutorem dat, *d. l. 1. §. 1. 2. ff. d. t.* sed si mater tutorem dederit, à Magistratu confirmatur *d. l. 2.* Neque per epistolam, neque ex imperfecto testamento tutorem recte dari, indubitati juris est, rescribit Imper. Alexander *l. Neque per epistolam 2. C. d. confirm. tutor.* si tamen pater in codicillis testamento non confirmatis dederit tutorem, confirmatur à magistratu *l. 1. §. 1. ff. d. confirm. tut.* Nec sententia sub conditione à judice ferenda *l. 1. §. 5. ff. quando appelland. sit* Si tamen dicta fuerit, non rescinditur *d. l.* Nec ad tempus relegatis bona auferenda sunt, sed reprehenduntur ejusmodi sententia *l. Relegatorum 7. §. 4. ff. d. Interd. & relegat.* sic tamen, ut non infirmarentur sententia, quæ ita sunt prolata *d. l.* Ex quibus aliisq; exemplis colligitur supra allegatum juris brocardicum: *Multa prohibentur fieri, quæ facta tolerantur.* Insignis tamen ejus reperitur abusus in materia matrimoniali. Hoc enim potissimum moti statuunt, nuptias, in gradu, contra jus divinum, contractas, non esse dissolvendas Beust, *d. Connub. part. 2. qv. 52. Richt. Dec. 11. n. 26.* maximè si nolint separari Struv. *Ex. 29. tb. 50.* juxta quam opinione m, frater sororem, consummato matrimonio, ut uxorem retinere possit, nec rescindendum foret matrimonium. Sed malè; Incestus enim toties iteratur, quoties de novo concumbunt, hinc rectius sentiunt Brunnem. in *l. Eccl. l. 2. c. 16. §. 27. ibiq; Stryk. Brunnem. ad autb. Ex Complexu C. d. Incest. & Inut. n. 9. Farinac. Qu. 149. n. 144. ibiq; longa serie allegati quæ sententia ex jure civili confirmatur §. 12. l. d. Nupt. l. 4. C. d. Incest. & Inut. nupt.* Jure Canonico hæc sententia extenditur usque ad quartum gradum, ut non differatur de vortii sententia *Cap. l. X. d.*

X. d. consanguin. Caffin. Idem dicendum, licet frater & soror,
vel alii cognati iure divino prohibiti, ignorantes vinculum con-
sanguinitatis nuptias contraxerint L. *Qui contra C. d. Incest.*
inutil. ibi: si errore comperto, coniunctionem sine ulla procrasti-
natione diremerint. Contra tot, tantosque textus ergo nihil
operabitur illud dictum: *Multa ab initio facilius impediri, quam*
si facta fuerint rescindantur. Consentit nobiscum Frider. Bal-
duin. *in cas. cons. lib. 4. Cap. 13. Cas. 9.* qui tamen in eo graviter
hallucinatur, quod contrahentes incestas nuptias graviter puni-
endos velit, *etiamsi in scii hoc fecerint.* Nisi Balduin. intelligas
vel de incitiâ juris, vel de continuato concubitu, postquam pro-
pinqvitatatis certiores redditi sunt *d. l. qui contra 4. C. d. incest.*


Simili colore, vel potius fuceo, utuntur Doctores, statuendo:
Matrimonium sine consensu parentum contrahendam prohiberi,
contractum vero non rescindi; Quod multa dicantur impedire
matrimonium contrahendum, quæ jam contractum non dissol-
vunt Carpz. *L. 2. def. 60. n. 12. & P. 4. C. 20. d. 15. n. 4.* Richter. *Dec. 8.*
n. 55. Verum quam inepte hoc axioma ad præsentem causam tra-
hatur, Paulus nos docet *l. Nuptia 2. ff. d. R. N. ibi: Nuptia NB*
consistere non possunt, nisi consentiant omnes, id est, qui cœunt,
quorumque, in potestate sunt.


Nec jus Canonicum, in hac quæstione divortium facit à iure
civili, sed ex affe cum eo conspirat, requirendo, in nuptiis libe-
rorum *consensum eorum, in quorum potestate sunt.* Papa Nicolaus
in *c. Nostrates 3. C. 30. qu. 5. add. C. Honorantur 13. C. 32. q. 2* Quod
præceptum canonicum, si quis transgressus fuerit, non matrimo-
nium, sed contubernium, imo stuprum, fornicationem, atque
adulterium iniisse censetur *c. Aliter legitimum non fit 1. C. 30. qu. 5.*
Idem confirmat Papa Clemens in Decretalibus *Cap. Videitur 3. X*
qui matrim. accus. poss. ibi: si non interfuerint & consensum non
adhibuerint, se. parentes. secundum leges, NB nullum fiat mari-
monium. Quibus verbis jus Romanum non tantum confir-
matur, sed expresse quoque nullum declaratur matrimonium, sine
consensu parentum initum. Qui textus cum a deo sint perspicui,
non nisi inepte illud juris brocardicum: *Multa prohibentur fieri*
quæ facta non rescinduntur, huc trahi potest, Lex enim *5. C. d.*
LL.

LL. nobis regulam exhibet, quod omnis actus contra legem prohibentem, gressus ipso jure nullus sit; ab hac regula non recedendum; nisi alia lex actum, si de facto, ut loquuntur, celebratus sit, sustineat. Quoties vero talis lex non reperitur, vel lex expressis verbis, ut in nostro casu, actum contra legis prohibitionem gestum, nullum declarat, toties actus nulla ratione sustineri potest. Merito ergo in legum laqueos incidunt liberi, qui sine parentum consensu, contra expressam legum prohibitionem, nuptias ineunt. *arg. l. ult. §. 5. C. d. bon. qua. lib.* Nec puella virginittatis, ut damni irreparabilis jacturam objicere potest ad impediendam matrimonii illegitimè contracti, nullitatis declarationem, quæ sibi imputat, quod rei inestimabilis non majorem habuerit curam *arg. Genes. c. 24. vers. ult.* sine consensu enim parentum Amasio sui copiam facere non debebat. Quæ ergo virginale claustrum, contra leges alicui aperiendum concessit, hac deditioe turpissima, non præmii, sed gravissimam promeruit pœnam *arg. l. Postimnio 17. ff. d. captiv.* ubi armis victi si hostibus se dederint, legum beneficio indigni judicantur, quanto magis Legum beneficio indigna erit deflorata, quæ non vi vel armis coacta, sed studio ac dolose juveni, contra parentum prohibitionem & dissensum, se prostituit. Frustra ergo leges invocat fœmina imprægnata, quæ contra leges committit, ut loquitur Jctus in *l. Auxilium 37. in fin. ff. d. Minor. add. l. sancimus 15. C. de. Judic.* Multaqve valde absurda ex hac sententia sequerentur, si concubitu illicito patria eludi posset potestas. Liberis enim facultas daretur parentibus jus, ex patria potestate quæsitum, etiam in vitis, fœda corporum commixtione extorquendi, cum alias potestatem in personas sibi subjectas illibatam esse oporteat, nec cuiquam hominum jus suum detrahi. *S. 2. J. d. his qui sui vel alien.* ut ne princeps quidem alicui jus plene quæsitum auferre possit *l. 2. ff. d. his qui sui vel al. l. 2. §. 23. C. d. Veter. jur. enucl.* quod in specie de patria potestate in *l. Nec avus 4. C. d. Emancipat. liber.* rescribitur, quam absurdum verò esset, Principem non posse cogere parentes, ut liberos, de sua potestate dimittant *d. l. 4. C. d. emancip.* liberos vero ipsos, propria auctoritate, contra *§. fin. J. qu. mod. jus patr. pot. solv.* illicita, ac omnihonestâ lege prohibita corporum conjunctione, patris jus interverte. e

vertere posse. Servus Romanus si a Domino suo aufugiat, sui
furtum facere intelligitur L. Ancilla 60. ff. d. furt. l. 1. C. d. serv. fu-
git. nec domini sui jus, ulla ratione, intervertere poterat, ne qui-
dem per utucapionem bonæ fidei possessoris §. 2. J. d. Usucapion.
Quid aliud faciunt liberi, qui sine parentum consensu coeunt, quam
quod sui furtum faciant, ergo in vitis parentibus, ex tam illicito
concubitu, nihil quicquam juris Parentibus detrahi oportet Quod
pluribus illustrare supersedeo, cum Vir Prænobilis atque
Doctissimus DN. CORNELIUS VERDUNCK J U Can-
dit hunc laborem, loco dissertationis Inauguralis executus sit.
Lucem hic candidatus noster, primo, Hamburgi, in cele-
berrimo illo inferioris Saxoniae, imo totius Imperii Romano
Germanici emporio, die 17. Septembr. A. O. R. M. DC. LXXV.
adspexit, ac in memoriam sacri lavacri, patris sui directissimi præ-
non in: insignitus est. Patrem, adhuc superstitem, omni filiali ob-
sequio debitaque observantia, omnique honore veneratur Can-
didatus noster Virum Nobilissimum atque Amplissimum Dn Cor-
nelium Verdunck. Serenissimi ac potentissimi Electoris Branden-
burgici Commissarium bellicum, ac Veredariorum Præfectum.
Avum ex hoc Patre nactus est Virum Nobilissimum & maximè
strenuum Dn Jacobum Verdunck. Præfectum navis bellicæ, qui
Rei publicæ Venetæ strenuas præstitit operas, contra Christiani
nominis insensissimum hostem Turcam, in gravissima, totoque
terrarum orbe celeberrima Candia expugnatione, Matre gavi-
sus est, Anna Sammers Moleyns, scemina dum viveret, sui se-
xus virtutibus fulgidissima, quæ patre nata est Viro Nobilissimo
atque Amplissimo Dn. Lambert Sammers Moleyns, Cursorum
publicorum Amstelodamensium præfecto gravissimo. Ho-
rum Parentum singulari cura, à primis incunabulis in timore
Domini educatus, ac privatæ Præceptorum curæ commissus est,
qui teneram ejus ætatem pietate, virtutibus, literisque imbuerunt.
In maturiori vero ætate Berolinum missus est, ut celeberrimas
Amplissimæ illius civitatis Scholas frequentaret, & cum in Schola
Berolinensi civica, in humanioribus non contemnendos fecisset pro-
fectus, ad Gymnasium Joachimicum translatus est, in quo ulterio-
ribus optimarum Artium studiis, à celeberrimo illius Gymnasii Re-
ctore DN. Vechnero enutritus est, talemque se exhibuit, qui en-
comio

remio à Virò prælaudato dimissus sit, cujus concepta verba sunt:
*Sed ex quo tempore, apud nos vixit, ita quidem vixit, ut
quod sibi ad literas excolendas constitutum esset tempus,
optimè impenderet, Præceptoribus suis dicto audientem,
se præberet, doctrina & disciplina modeste se applicaret,
pravorum consortia, vitaret, & literis humanioribus, pro
virili, incumberet.* His noster Candidatus ad altiora dimissus est,
Prima juris rudimenta in illustri Academja Francofurtensi po-
suit, prælucente Virò Consultissimo Amplissimo atq; Excellen-
tissimo Dn. Coccejo, Jcto eminentissimo, Fautore ac Compa-
tre nostro æstumatissimo, Primaq; legum elementa, præeunte Virò
Nobilissimo, atq; Excellentissimo Dn. Fuchio, tunc in Francofur-
tensi, Juris Professore Publico, nunc superioris Camerae Judiciariae
Berolinensis Assessore, gravissimo, pertractavit. Tantorum Jctorum
præceptis instructus, ROSETUM HOC salutaris continuaturus
studia laudabiliter inchoata, in quo Excellentissimos ac Consultis-
simos Juris Professores, publicè in omnibus Jurisprudentiæ partibus,
docentes, quæ decet, hoc est, summa attentione, audivit. Cum ve-
ro intelligeret examen perpetuum memoriæ consulere, ac Judici-
um nimium quantum acuerè, precibus me sollicitavit decentibus,
ut ei omnem Jurisprudentiæ partem, à capite ad calcem, singulis
diebus, alterà horâ matutinâ, alterâ pomeridianâ, privatâ curâ,
perpetuis examinaibus, inculcarem; Qui labor, Dei immortalis
favore, prosperissimos nactus est successus, ut suorum studiorum fi-
duciam fretus, Amplissimæ Juridicæ Facultatis nomen modeste daret. In-
stituto quæ die 3. Novembr. Anno 1697. examine, ut vocant, rigoro-
so, dignus, omnium calculo, deprehensus est, qui nomen inter Can-
didatos juris mereretur, dignusq; qui ad altiora adspiraret. Thema
Inaugurale consensu Amplissimæ Facultatis Juridicæ sibi elegit, præ-
sens, inter Theologos ac Jctos satis controversum, quod: publicè
placido eruditorum examini die 28. April. exhibiturus est. Hunc ergo
Disputationis actum, ut Magnificus Dn. Rector, Utriusque Reipubl:
Proceres Excellentissimi, omnesq; Jurisprudentiæ fautores ac cultor-
es, sequestratis gravioribus negotiis, sua præsentia illustrare
velint, summo studio & affectu rogo atq; contendo.
PP. d. 10. April. A. M. DC. XCII. X. Sub Sigillo Facult. Juridicæ.









Vt igitur ad nostram redeamus o
iure suo; quippe ex voluntate vel potius
tarium et consignationem suarum reru
conficere et cauere intermiserat, l. 6. C
iniuria vero vsufructum in mariti testa
suo testamento imminuere studuerat.

Quam ob rem si quis omnino
flamentum dixerit, erraret vehemen
significat legem; vniuersitati bonorum
rum scriptam. Adeoque, si iuri con
per se subsistit. Quo nihil impe
capitula sua quaeque labe concider
haeredi accrescant, vel alii cedant.

duae nostrae neque impeditae neque
mentum legitime conditum, subsistebat
quingentos ioachimicos eius fidei haud
diebantur.

Sed licebat filiae, cuius fauore excel
lidus reperiebatur, iure suo non uti. L
tris haereditatem repudiare, bonaque on
committentis voluntate, quam sequi ma
gauerat, sibi vindicare. Neque, sola hor
metuendum erat, animum pro haerede
Si eum quidem demum in l. 20. D. d. ad
VLPIANVS dicit pro haerede se gerere, qui
haeres, quod non tam facti sit, quam anin

B

9
ia quidem
ris inuen
ditariarum
Trebellan.
relictum
patris te
amentum
e relicta
reperitur,
ria eius
vt vel
gitur vi
e testa
uatenus
on egre
lo inua
a, ma
s fidei
se obli
nsione,
clarari.
haeredit.
quasi
animo
esse

